



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Confessarij inter se conuenire debent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

tis alterius in confitendo consilijs ante vtebatur, vtile erit cum illo ipso communicare, vel saltem dare operam, vt pœnitens ab eo abeundi honestam licentiam nanciscatur.

Confessarij inter se conuenire debent.

Confessarij omnes, præcipue si qui in nostra Diœcesi eo munere funguntur, curare debent, vt inter eos, & Parochos locorum, vbi confessores audiunt, bene conueniant, siue cum illorum ibi sint monasteria in propinquio, siue cum ob habitas conciones, siue ob aliam quamcumque causam confessiones audiunt. Itaque non absoluant eos, qui vel ob exempla vitæ impiæ, & in eo statu perseverandi pertinaciam, vel quod ad pœnitentias publicas, sive legata pia, vel similia quædam tenebantur; atque ideo à Pastribus suis absoluti non fuerint. Proinde sæpius Regularium Superiores suos admoneant huius rei necesse est: præcipue autem ad animorum concordiam, quæ ad ædificationem quoq; pluri-
mum valet, diligenter eos exhortentur, præmo-
neantque, si in quæstionis alicuius explicatio-
ne inter eos & Pastores sentiendi quædam acci-
dat diuersitas, vt ea cum prudentia sese gerant,
ne ad vulgiares ea perueniant, quia statim ad
nos potius pro rei controversæ definitione ac-
currant.

Meminerint ad Sacramentum Pœnitentiaz non permittere venire eos, qui sine conuenienti-
tum exteriore tum interiore animi præpara-
tione volunt accedere, quin magis verbis cari-
tatem spirantibus pro captiu cuiusque tales al-
loquantur, & dicant, vbi sese melius pro digni-
tate

tate tanti Sacramenti disposuerint, ita demum ad se reuertantur.

*Mulieres qua in Confessione audienda
non sint.*

Itaque mulierum earum confessiones non audiantur: quæ cerussatæ veniunt, quæ fucis v-tuntur, quæ faciem stibijs depinguunt, quæ ex auribus monilia gestant, quæ leuibus, & vanis ornamentijs, quæ pannis aureis, alijsue simili-bus lasciuijs promptè, ac compèt accedunt, &c, ut semel omnia dicam, quæ vestes modestas non habent, nec simplici cultu incedunt, nec in capite velum aliquod gerunt, quod notabiliter non transpareat, quæve saltem operimentum ex lino, lanaue confectum, vel peplum sobrij alicuius coloris non habent: sic enim huius Sacramenti reuerentiam decet, & ita prorsus cognitioni peccatorum, & de eisdem dolori intimo consentaneum est, cum scilicet cogitare debeant, quod ante tribunal, & iudicium Domini Dei sui se fstant, ac quasi peccatrices misericordiam, & veniam suppliciter de eisdem imploraturæ veniant.

Idem necesse est in viris obseruetur, ut vide-licer ad confessiones non admittantur, qui vestitu viro indecenti, qui auro intextis pallijs v-tuntur, qui lasciuis pileorum ornamentijs induiti sunt, qui item cum armis accedunt, aut simili-bus rebus.

Maius multò studium Confessorius ponat in interiore animi præparatione, quando necesse est, prudenter inquirenda; ea enim planè ad hoc Sacramentum requiritur, cerniturque maxi-mè in